Rx 23 Nu 11

20

15

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Vicisti, Vir Spectatissime, et lentum me publicum in proscenium tandem pertraxisti. En tibi hic commentarium de Batavorum Oppido, meum dicam an tuum? Ita non incitamento tantum tuo extusus est, sed et segmenta purpurę tuę medię sinui, et utrique supremę simul et infimę lacinię prętexi vides, ut in exangui nostro, saturatiorem lector inveniat colorem quo oculos pascat. Sed alios mitto lectores, quanquam periculum nunc feci, securus de illorum judiciis: Tuum modó quod antehac meruisse visus sum, mihi si constet judicium, vicimus. De Typographicis operis quid dicam? Librum habes a fornace calentem, mihi nondum integré visum. In iis quę vidi foliis frequentiores multó quam velim errores observavi, contra apographi fidem, et quod pessimé me habet, in tuo etiam illo, quod ante decennium antiquarię nostrę penui dicasti carmine. Sed jam ferendum quod mutari non potest. Ego novus in his sacris tyronem me sentio. Uno adhuc epistolio et exemplari quod tua pace fiat Fratres quatuor, Filios tuos saluto et socio. Ille Vir illustris delicię et charitates dii tibi et tecum valeant mihi

Nobilissº Nomini tuo

Scrib. Noviomagi, VI Xbris Jul.
A. Xº CIↃIↃXLIV.

Addictissimo,

Jos. Smith

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850

Mijn Heere,

Mijn Heere Constantinus Hugens
Ridder, Heere tot Zuylichem, Raed
en Secretaris van sijne Hoocheijt
den Heere Prince van Orangien

's Graven-Hage.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850